HYMNUS SCI NAZARI
DICTUS A DOMNO ENNODIO

Angusta uitae tempora,
paruis coacta terminis,
mors sca donat crescere
aeterna fines praeparat.
De fruge casuum uenit,
quo surgat humanum genus
In stirpe nazarius bona.
De morte lumen addidit,
Nerone felix principe
diuersa perpessus mala.
Lustrauit orbem nongrauis,
pauor & cordis algidus,
sed ut profanis inderet
quo calle conscendant polus.
uerus magister actibus
exempla non uerbis dedit.
Nam ductor ille fortis est,
qui bella uiribus docet,
quem dicta militum trahant.
Si dux gerendis abstinet,
uentosa linguae hortatio
quod forma praestat non auet.
Sed magna postquam semina,
scribente terram sarculo
glebis refudit optimis,
mediolanium mox petit,
In qua triumpho nobili
carnis ruinam reppulit,
qui sede non digna iacens
uatem tremendus mox monet,
ut clara rursus munera
mundo refusus adderet.

finit feliciter.

HYMNUS SCAE MARIAE
DICTUS A DOMNO ENNODIO.

Ut uirginem fetam loquar,
Quid laude dignum Mariae?
d& partus orn& exigat
quod clausa porta, quod patens.
Exposcit, ipsa suggerat,
sint uerba ceu miraculum.
Quid mens requiris ordinem?
Natura totum perdidit.
hoc est salus quod uincimur,
Cum sola uirgo degeret,
Concepit aure filium,
stupente factum corpore,
turgisc& aluus spiritu,
quod lingua iec& [iacit] semen est.
In carne uerbum stringitur,
de matre cunctus noster est,
de patre qui nil distans ds.
utrisque partus integer,
quae gignit, & qui praecipit.
Nil maior ille seruulis,
sed nec minor creante fit.
fons dicta clausus adcepit [accepit],
fons membra clausus egerit.
nec rima cessit artior,
equere prole semicat
Dic mater & uirgo precor,
quisquam ne claud& [claudit] exiens?
Arctantur exitu fores,
uinclum pudoris natus est.
de xpi dignior.
quem sunt superna crederes,
Nostri memento prepotens.

finit feliciter.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0335